Sequuntur rubricelle in magna rubrica.30.

1 2 3 4 5
Octo beant lux lex arca q̃ viderit est nõ.
6 7 8
Cede malo benefac ingratis da sine teste.
9 10 11 12 13
Ora condona ieiuna cor sit tibi vbi lux
14 15 16
Ne sis solicit⁹ damnãs sanctũ caniby dans
17 18 19 20
Dat pr̃ arta bonos fruct⁹ opare petre pax
Sequunt rubricelle in rubrica.141.
1 2 3 4 5 6
Sum via cũ pr̃e do vitis quia te sed odit
7 8 9 10 11 12
Obsequiũ mundũ modicũ siquid pr̃ vnũ
Sequunt rubricelle in rubrica.146.
1 2 3 4 5
Pontio dãt victum iudas alb̃ homicida.
6 7 8 9 10 11
Ecce homo nil vror latro lauit ludit intus
Sequuntur rubricelle in rubrica.150.
1 2 3 4 5 6
Tres duo stabãt auete fregit stat medio
7 8 9 10 11 12 (pax
Octo naui petre vobiscũ tingite signis

Prima pars principalis de origine et ingressu christi. Et primo de eterna christi generatione. Iohis. i.

In principio erat verbum. et verbum erat apud deũ. et deus erat verbũ. Hoc erat in p̃ncipio apud deũ. Omnia per ip̃m facta sunt et sine ipso factum est nihil. quod factũ est in ip̃o vita erat. et vita erat lux hominũ. et lux in tenebris lucet. et tenebre eũ non cõprehenderunt Fuit homo missus a deo cui nomẽ erat iohãnes. Hic venit in testimoniũ vt testimonium perhiberet de lumine. vt omnes crederent per illuz Non erat ille lux. sed vt testimonium perhiberet de lumie. Era lux vera que illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundũ. In mundo erat ⁊ mũdus per ip̃m factus est et mũdus eum non cognouit. In propria venit. ⁊ sui eum nõ receperunt. Quotquot aũt receperunt eũ. dedit eis potestatez filios dei fieri. his qui credunt in nomine eius. qui nõ ex sanguinibus. neqz ex voluntate carnis neqz ex voluntate viri sed ex deo nati sũt Et verbũ caro factum est. et habitauit in nobis. Et vidimus gloriã eius. gloriã quasi vnigeniti a patre. plenum gratie et veritatis.

Glosa Fit hic occupatio de missione iohãnis que postmodum latius explicatur.

Hic occupatio fit de incarnatione verbi. q̃ postmodum latius explicatur.

Prohemiũ Luce

Quoniamquidẽ multi conati sunt ordinare rerũ narrationẽ que ĩ nobis cõplete sunt. sicut tradiderunt nobis q̃ ab initio ip̃i viderunt. et ministri fuerũt sermonis. Visum est ⁊ mihi assecuto omnia a principio diligẽter tibi ex ordine cõscribere optime theophile vt cognoscas eoz verboz de q̃b erudit⁹ es veritatẽ

Secũdo de annunciatione iohannis baptiste. Et conceptõe eiusdẽ. Luce primo. Ca. ij.

Fuit in diebus herodis regis iudee sacerdos quidã nomĩe zacharias de vice abia. et vror illi de filiabz aaron et nomẽ eius elizabeth. Erant autez ambo iusti ante deuz incedẽtes in omnibus mãdatis et iustificationibus domini sine querela. Et non erat illis filius eo q̃ esset elizabeth sterilis. et ambo pcessissent in dieby suis. Factum est autem cum sacerdotio fungeretur zacharias in ordine vicis sue. ante deũ fm consuetudinẽ sacerdotij sorte exij̃t. vt incẽsum poneret ingressus in templum domini. Et erat omnis multitudo populi foris orans hora incensi. Apparuit autẽ illi angelus domini stans a dextris altaris incensi. Et zacharias turbat⁹ ẽ videns. Et timor irruit sup eũ. ait aũt ad illũ angelus. Ne timeas zacharia. quodiam exaudita est deꝓcatio tua. ⁊ vror tua elizabeth pariet tibi filium. et vocabis nomen eius iohãnez. Et erit gaudiũ tibi et exultatio. et multi in natiuitate eius gaudebũt. Erit enĩ magnus corã domino. ⁊ vinũ et ficerã non bibet. et spũsctõ replebit adhuc ex vtero mr̃is sue.

Tres fuerũt herodes. vñ versus. Ascolonita necat puerosq̃. ãtipa iohãnẽ. Percutit agrippa iacobum. dat carceri petrũ

Et multos filiorũ israel conuertet ad dñm deum ipoꝝ. Et ipe p̄cedet ante illũ in spiritu et virtute helye. vt cõuertat corda patrũ in filios. et incredulos ad prudentiã iustorum. parare dño plebẽ pfectaꝫ. Et dixit zacharias ad angelũ. Et vnde hoc sciã? Ego enim sum senex ⁊ vxor mea ꝓcessit in diebꝫ suis. Et respõdẽs angelꝰ dixit ei. Ego suꝫ gabriel qui asto ante deũ. ⁊ missus sum loq̄ ad te. et hec tibi euãgelizare. Et ecce eris tacẽs et nõ poteris loqui vsq̄ in diẽ quo hec fient ꝓ eo q̄ nõ credidisti verbis meis. que implebunt̃ in tẽpore suo. Et erat plebs expectãs zachariã. et mirabãt̃ q̄ tardaret ipe in tẽplo. Egresus aũt nõ poterat loqui ad illos ⁊ cognouerũt q̄ visionẽ vidisset in tẽplo. Et ipe erat innuẽs illis et ꝑmansit mutus. Et factũ est vt impleti sunt dies officij eius. abijt in domũ suam. Post hos aũt dies cõcepit elisabeth vxor eiꝰ. et occultabat se mẽsibus quinq̄ dicẽs Quia sic fecit mihi dñs in diebꝫ quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.

De anunciatione christi ad mariã ꝑ gabrielẽ. Lu. i. Ca. iij.

In mẽse aũt sexto missus est angelꝰ gabriel a deo in ciuitatẽ galilee cui nomẽ nazareth ad virginẽ desponsatã viro cui nomẽ erat ioseph de domo dauid. et nomẽ virginis maria. Et ingressus angelus ad eã dixit. Ave grã plena. dñs tecũ. bñdicta tu in mulieribꝫ. Que cuꝫ audisset turbata est in sermone eius. et cogitbat qualis esset ista salutatio. Et ait angelꝰ ei. Ne timeas maria. inuenisti enĩ gratiã apd̄ dñm. Ecce cõcipies in vtero. et paries filium ⁊ vocabis nomẽ eius iesum. Hic erit magnus ⁊ filius altissimi vocabit̃. Et dabit illi dñs sedẽ dauid patrꝫ eius. et regnabit in domo iacob in eternũ. ⁊ regni eiꝰ nõ erit finis. Dixit aũt maria ad ãgelũ. Quo mõ fiet istd̄ qm̄ viꝝ nõ cognosco? Et respõdens angelus dixit ei. Spũs sanctus supueniet in te. et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq̄ ⁊ qd̄ nascet̃ ex te sanctũ. vocabit̃ filius dei Et ecce elisabeth cognata tua. et ipa cõcepit filiũ in senectute sua. Et hic mẽsis est sextꝰ illi q̄ vocat̃ sterilis. qꝛ nõ erit impossibile apud deũ om̄e ꝟbũ Dixit ãt maria Ecce ãcilla dñi fiat mihi. fm verbũ tuũ. Et discessit angelꝰ ab illa

Hic patet q̄ maria fuit de genere sacerdotali ⁊ regali vide q̄liter in postilla.

De visitatione elisabeth ꝑ mariam et canticum magnificat Lucę primo. Capitulũ. iiij.

Exurgens aũt maria abijt in mõtana cuꝫ festinatiõe in ciuitatẽ iude ⁊ intrauit in domũ zacharie ⁊ salutauit elizabeth. Et factũ est vt audiuit salutationem marie elizabeth. exultauit ĩfans in vtero eius. Et repleta ẽ spũsancto elizabeth. Et exclamauit voce magna et dixit. Bñdicta tu ĩter mulieres ⁊ bñdictꝰ fructus vẽtris tui. Et vñ hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me Ecce enĩ vt facta est vox salutatiõis tue in auribꝫ meis exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et btã q̄ credidisti qm̄ ꝑficient̃ ĩ te q̄ dicta sũt tibi a dño. Et ait maria. Magnificat aĩa mea dd̄m. Et exultauit ⁊c. vsq̄ abraã et semini eius in secula. Mãsit aũt maria cũ illa quasi mẽsibꝫ tribꝫ et reuersa ẽ ĩ domũ suã

Probabile est q̄ priꝰ maria et ioseph ꝯuenerũt celebri cultu nuptiarum. ⁊ q̄ de licentia ioseph vel forte ipso ducẽte maria iuerit ad mõtana. reuelato priꝰ ipi ioseph incarnationis mysterio. q̄uis origi. et eius sequaces secus dicant.

De ortu iohãnis et circũcisione ipius et canticũ zacharie. Benedictus dñs de. isrl. Lu. i. Capi. v.

Elisabeth aũt impletũ est tp̄s pariendi et peperit filiũ. Et audierunt vicini et cognati qꝛ magnificauit dñs misericordiã suã cũ illa ⁊ ꝯgratulabant̃ ei. Et factũ est in die octauo venerũt circũcidere puerũ ⁊ vocabãt eũ noĩe patris sui zachariã. Et rñdens mater eiꝰ dixit Neq̄q̄ꝫ sꝫ vocabit̃ iohãnes. Et dixerunt ad illã. Quia nemo est in cognatiõe tua q̄ vocet̃ hoc nomine. Innuebãt autem patri eius quẽ vellet vocari euꝫ Et postulãs pugillarem scripsit dicens. Johannes est nomẽ eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autem illico os eius et lingua eius. et loq̄bat̃ bñdicens deũ. Et factus est timor sup oẽs vicinos eorum et super omnia montana iudeoꝝ diuulgabant̃ oĩa ꝟba hec. Et posuerũt oẽs q̄ audierant in corde suo dicentes.

Hic fit p̄occupatio iuxta cõmuniorẽ opinionẽ que ponit mariã fuisse in circũcisione iohannis in die octauo.

Quisputas puer iste erit? Etenim manus domini erat cum illo. Et zacharias pater eius impletus est spũsctõ ⁊ ꝓphauit dicens Bñdict⁹ dñs de⁹ isrl ⁊c. vsq; ad i viã pacꝭ.

De genealogia christi et apparitione angeli ipi ioseph. Mathei primo. ¶ Capi. vi.

Liber generatiõis iesu christi filij dauid filij abraã. Abraam genuit ysaac. Isaac aũt genuit iacob. Iacob autẽ genuit iudã et fratres ei⁹. Iudas genuit phares et zarã de thamar. Phares gennit esrom. Esrom genuit aram. Aram ge. aminadab Aminadab. ge. naason Naason ge. salmon. Salmon ge. booz de raab. Booz ge. obeth ex ruth. Obeth ge. iesse. Iesse ge. dauid regẽ. Dauid rex ge. salomonẽ ex ea q̃ fuit vrie. Salomõ genuit roboam Roboã ge. abiã. Abia ge. aza. Aza genuit iosaphat. Iosaphat ge. iorã. Iorã ge. ozyã. Ozyas ge. ioathan Ioathan ge. achaz. Achas ge. ezechiam. Ezechias ge. manassen. Manasses genuit amon. Amon ge. iosiam. Iosias ge. ieconiã et fratres eius in transmigratione babilonis. Et post transmigrationẽ babilonis ieconias ge. salathiel. Salathiel ge. zorobabel. Sorobabel ge. abiud. Abiud aũt ge. elyachim. Elyachim ge. azor. Azor genuit sadoch. Sadoch ge. achym. Achym ge. eliud. Eliud ge. eleazar Eleazar aũt ge. mathã. Mathan aũt ge. iacob. Iacob aũt ge. ioseph virũ marie de q̃ natus est iesus q̃ vocat̃ xp̃s. Omnes ergo generatiões ab abraã vsq; ad dauid. xiiij. Et a dauid vsq; ad transmigrationẽ babilonis. xiiij Et a transmigratiõe babilonis vsq; ad xp̃m generationes. xiiij. Christi autẽ generatio sic erat. Cũ esset desponsata mater ei⁹ maria ioseph ante q̃ ꝯuenirẽt inuenta est hñs in vteto de spũsctõ. Ioseph aũt vir eius cũ esset vir iust⁹ et nollet traducere eã voluit occulte dimittere eã Hec autem cogitante eo Ecce angelus dñi i somnis apparuit ei dicẽs. Ioseph fili dauid noli timere. Accipe mariã coniugẽ tuã qd̃ eni in ea natum est de spũsancto est. Pariet aũt filiũ ⁊ vocabis nomẽ ei⁹ iesum. Ipse eni saluũ faciet populũ suũ a peccatis eorũ. Hoc aũt totũ factũ est vt adimpleret̃ quod dictũ est a dño ꝑ prophetã dicentem. Ecce virgo in vtero habebit et pariet filiũ et vocabit̃ nomen eius emanuel qd̃ est interp̃tatũ nobiscũ de⁹. Exurgẽs aũt ioseph a somno fecit sicut p̃cepit ei angelus dñi Et accepit cõiugẽ suã et nõ cognoscebat eã donec peperit filium suum primogenitum et vocauit nomen eius iesum.

Glosa Tres hic omittuntur reges.

¶ Glosa. Cõuẽtio hec recipit̃ ꝓ celebri cultu nuptiarũ qui factus est postq̃ ioseph inuenit Mariam concepisse de spũsctõ et per angeli preceptum accepit eam coniugẽ priusq̃ appareret p̃gnans ⁊ vtero tumescẽte post reditũ de mõtanis q̃ tũc nõ fuisset honorabiliter fctã celebritas cõiugij.

De edicto augusti. natiuitate christi. annunciatione per angelum ad pastores. Lu. 2. Cap. vij.

Factum est autem in diebus illis. Exijt edictum a cesare augusto vt describeretur vniuersus orbis. Hec descriptio p̃ma facta est a preside Sirie Cirino et ibant omnes vt profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem et ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatem dauid que vocatur bethleez eo q̃ esset de domo et familia dauid. vt ꝓfiteretur cum maria desponsata sibi vxore pregnante. Factum est autem cum essent ibi. Impleti sunt dies vt pareret et peperit filium suum primogenitum et pannis eum inuoluit et reclinauit eũ in presepio. quia nõ erat locus ei in diuersorio. Et pastores erãt in regione eadem vigilantes et custodientes vigilias noctis supra gregez suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos et claritas dei circumfulsit illos et timuerunt timore magno. Et dixit angelus illis. Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo quia natus est nobis hodie saluator qui est christus domin⁹ in ciuitate dauid et hoc vobis signum. Inuenietis infantem pannis inuolutum et positum in presepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militie celestis laudantium deum et dicentium. ¶ Gloria in altissimis deo Et in terra pax hominibus bone voluntatis. ¶ Et factum est vt discesserunt ab eis angeli in celũ. pastores loquebantur ad inuicem. Transeamus vsq; bethleem et videamus hoc verbũ quod factum

¶ Glosa Hic fuit p̃occupatio que postmodũ explicabitur loco suo cũ de circũcisiõe dicetur.

est qd̄ dn̄s ostēdit nobis. Et venerūt festi-
nantes et inuenerunt mariam et ioseph et
infantem posituz in presepio. Uidētes au
tem cognouerūt de verbo quod dictū erat
illis de puero hoc. Et om̄s qui audierunt
mirati sunt et de his que dicta erāt a pasto
ribus ad ip̄os. Maria autez conseruabat
omnia verba hec conferēs in corde suo Et
reuersi sunt pastores glorificātes et laudā-
tes deum que audierant et viderant sicut
dictum est ad illos.

De circūcisiōe chri
sti. Lu. ij. et aduentu magoꝝ. Mathei. ij.
Capi. viij.

Et postq̄ consummati sunt dies
octo vt circūcideret puer vocatum
est nomen eius iesus quod vocatuz est ab
angelo priusq̄ in vtero conciperet. Cum
natus esset iesus in bethleē iude in diebus
herodis regis Ecce magi ab oriente vene
runt hierosolimā dicentes. Ubi est qui na
tus est rex iudeoꝝ? Uidimus enim stellaz
eius in oriente et venimus adorare eū Au
diens autē herodes rex turbatus est et om
nis hierosolima cum illo. Et congregans
omnes principes sacerdotum ⁊ scribas po
puli sciscitabatur ab eis vbi christus nasce
retur. At illi dixerūt ei. In bethleem iude.
Sic enim scriptū est per prophetaz. Et tu
bethleē terra iuda nequaq̄ es minima in
principibus iuda. Ex te enim exiet dux q̄
regat populuz meum israel. Tūc herodes
clam vocatis magis diligenter didicit ab
eis tēpus stelle que apparuit eis ⁊ mittens
illos in bethleē dixit. Ite ⁊ interrogate di-
ligēter de puero ⁊ cum inueneritis renun-
ciate mihi vt ⁊ ego veniēs adorē eū. Qui
cum audissent regē abierunt. Et ecce stella
quā viderāt in oriente añcedebat eos vsq̄
dū veniēs supra vbi erat puer. Uidentes
aūt stellā gauisi sunt gaudio magno valde
Et intrātes domū inuenerūt puerū cū ma-
ria matre ei⁹ ⁊ ꝓcidētes adorauerūt eū. Et
aptꝫ thesaurꝫ suis obtulerūt ei munera au-
rū thus ⁊ mirrā. Et respōso accepto in som
nis ne redirent ad herodem per aliam vi-
am reuersi sunt in regionem suam.

De oblatione chri-
sti in templo. Lu. ij. Capi. ix.

Et postq̄ impleti sunt dies purga
tionis marie ꝑm legē moysi tulerūt
iesuz in hierl'm vt sisterēt eū dn̄o si-
cut scriptū est i lege dn̄i Quia omne mascu
linū adaperiēs vuluā sctm̄ dn̄o vocabitur
Et vt darēt hostias dn̄o ꝑm qd̄ dictū ē i le-
ge dn̄i par turturꝫ aut duos pullos colūba
rū. Et ecce hō erat i hierl'm cui nomē simeō
et hō iste iust⁹ ⁊ timorat⁹ expectās ꝯsolatio
nē isrl' ⁊ spūsctūs erat i eo. Et rn̄suz accepe
rat a spūsctō nō visuꝝ se mortē nisi pri⁹ vi-
deret xp̄m dn̄i. Et venit i spū in tēplū. Et
cū inducerēt pueꝝ iesū parētes ei⁹ vt face-
rēt ꝑm ꝯsuetudinē legꝫ ꝓ eo ⁊ ip̄e accepit eū
in vlnas suas ⁊ bn̄dixit deū ⁊ dixit. Nūc di
mittꝫ ꝑuū tuū dn̄e ꝑm v̄bū tuū i pace ⁊c. vs-
q̄ pleb̄ tue isrl'. Et erāt pr̄ ei⁹ ⁊ mr̄ mirātes
sup his q̄ dicebāt d̄ illo ⁊ bn̄dixit illis sime
on ⁊ dixit ad mariā mr̄em ei⁹. Ecce posit⁹
est h̄ i ruinā ⁊ i resurrectiōez multoꝝ i isrl' et
in signū cui ꝯtradicet. Et tuā ip̄i⁹ aīam' ꝑ
trāsibit gladi⁹ vt reuelēt ex multꝫ cordib⁹ co
gitatiōes. Et erat āna ꝓphetissa filia pha-
nuel de tribu azer. Hec ꝓcesserat i dieb⁹ mlt
tis ⁊ vixerat cū viro suo ānis septē a v̄gini
tate sua. Et hec vidua erat vsq̄ ad annos.
lxxxiiij. q̄ nō discedebat d̄ templo. ieiunijs
et obsecratiōib⁹ ꝑuiēs deo nocte ac die. Et
hec ip̄a hora supueniēs ꝯfitebat dn̄o ⁊ loq̄
bat de eo oīb⁹ q̄ expectabāt redēptiōez isrl'
Et perfecerunt oīa ꝑm legē dn̄i reuersi sūt
in galileā in ciuitatē suam nazareth. Puer
autem crescebat et confortabatur plen⁹ sa-
pientia et gratia dei erat in illo.

De fuga in egiptuz
occcisione innocentū et
er regressu ex egypto.
Mathei. ij. Capi. x.

Glosa
Probabile e q̄ an
gel⁹ iste fuerit ga-
briel. et q̄ in omī-
bus ministeriū in-
carnatiōis concer
nētibus quotiens
introducit angel⁹
apparuisse ip̄e fue
rit. sicut fuit apud
dauielē. et ad pa-
stores. ⁊ ad magos
et q̄ter ad ioseph
et in agonia chri-
sti. et resurrectiōe
et in ascensione.

Cum magi reces
sissent. Ecce an
gelus domini.
Apparuit in somnis io
seph dicens. Surge et
accipe puerum ⁊ matrē
eius et fuge in egyptuz
et esto ibi vsq̄ duz dicā
tibi. Futurum est enim
vt herodes querat pue-
rum ad perdendum illū
Qui consurgens acce-
pit puerum ⁊ matrē eius nocte ⁊ secessit in
egyptum et erat ibi vsq̄ ad obitum hero-
dis vt adimpleretut quod dictum est a do-
mino ꝑ prophetā dicentē. Ex egypto voca
ui filium meū. Tunc herodes videns qm̄

illusus esset a magis iratus est valde. ⁊ mit
tens occidit omnes pueros. qui erant in
in bethleem et in omnibus finibus eius a
bimatu et infra ꝑm tempus quod exqui-
sierat a magis. Tunc adimpletum est qd̄
dictum est ꝑ hieremiam prophetaꝫ dicen
tem. Vox in rama audita est ploratꝰ et vlu
latus rachel plorās filios suos ⁊ noluit cō
solari qꝛ non sunt. Defuncto aūt herode.
Ecce apparuit angelus in somnis ioseph
in egypto dicēs. Surge et accipe puerum
et matrē eiꝰ et vade in terrā israel. Defun-
cti sunt enī qui querebāt aīam pueri. Qui
consurgēs accepit puerū et matrē eiꝰ et ve-
nit in terrā israel. Audiēs aūt ꝙ Archelaꝰ
regnaret ī iudea pro herode pr̄e suo timu-
it illo ire. Et admonitus in somnis secessit
in partes galilee. Et veniēs habitauit ī ci
uitate q̄ vocat̄ nazareth vt adimpleret̄ qd̄
dictū est ꝑ ꝓphām qm̄ nazarenus vocabit̄.

De inuētiōe christi

pueri in tēplo a parētibꝫ eiꝰ. Luc. ij. Et de
habitatiōe iohānis ī deserto. Lu. i. Ca. xi

Et ibāt parētes eius ꝑ oēs annos
in hierusalē in die solenni pasche.
Et cuꝫ factus esset iesus annorum
duodecim. Ascēdentibꝫ illis hierosolimaꝫ
ꝑm consuetudinē diei festi. Cōsummatꝫqꝫ
diebus cū redirēt remāsit puer iesus in hie
rusalē ⁊ nō cognouerūt parētes eiꝰ. Existi
mātes aūt illū esse ī comitatu. venerūt iter
diei et requirebāt eū inter cognatos et no-
tos. et inuenientes regressi sunt in hierl̄m
req̄rentes eū. Et factū est post triduū inue
nerūt illū in tēplo sedentē in medie docto-
rū audientē illos ⁊ interrogantē. Stupe-
bāt aūt oēs q̄ eū audiebāt sup̄ prudētia et
respōsiōe eiꝰ. Et vidētes admirati sūt. Et
dixit mater eiꝰ ad illū. Fili q̄d fecisti nobis
sic? pater tuꝰ et ego dolētes q̄rebamꝰ te. Et
ait ad illos. Quid est qd̄ me q̄rebatis? An
nesciebatis qꝛ in his q̄ patrꝫ mei sunt opor
tet me esse? Et ipi nō intellexerūt verbū qd̄
locutꝰ est ad illos Et descēdit cū eis ⁊ venit
nazareth. ⁊ erat subditꝰ illis. Et mater eiꝰ
cōseruabat omīa verba cōfe-
rēs in corde suo. Et iesus ꝓfi
ciebat sapiētia et etate et gr̄a
apud deū et hoīes. Puer aūt
iohānes crescebat ⁊ conforta
batur spū et gr̄a. Et erat ī de
serto vsqꝫ in diem ostensiōis

Prius posi-
tū est hoc a
luca sed hic
repetit̄ ꝓ cō
tinuatiōe se
quentium.

sue ad israel.

Incipit secunda

pars principalis huius libri de progressu
predicationis christi. Rubrica. xij. de
predicatione et babtismo iohannis in de-
serto. M. iij. R. i. L. iij. Ca. xij

Anno autē quinto-
decimo Imperij
Tiberij cesaris/ ꝓ-
curante pontio py
lato iudeā/ Tetrarcha aūt ga-
lilee herode. Philippo aūt fratre eiꝰ tetrar
cha ituree et traconitidis regiōis ⁊ lisania
abiline tetrarcha sub principibꝫ sacerdotū
Anna et caypha. Factum est verbum dñi
super iohānem filium zacharie in deserto.
Et venit in omnē regionē iordanis predi
cans. L. R. baptismum penitētie in remis
sionem peccatorū sicut. L. scriptū. R. M
est in libro sermonū ysaie ꝓphete. Initium
R. euāgelij iesu xp̄i filij dei/ sicut scriptum
est in ysaia propheta. Ecce mitto angelum
meum ante faciē tuā. qui preparabit viam
tuā ante te. Vox. M R. clamātis. L. R. ī
deserto parate viam dñi/ rectas facite semi
tas eius. Omnis. L. M. vallis implebit̄
et omnis mons et collis humiliabitur. Et
erunt praua in directa/ et aspera ī vias pla
nas. Et. L. videbit omnis caro salutare
dei. In. M. diebus aūt illis/ venit iohan
nes baptista predicās in deserto iudee ⁊ di
cens/ Penitentiam agite. Appropinq̄bit
enim regnum celorum. Ip̄e. M. R. autez
iohānes habebat vestimentuꝫ de pilis ca-
melorū/ et zonam pelliceam circa lumbos
suos Esca aūt eius erat locuste et mel silue
stre Tunc exibant ad eū. R. hierosolymite
vniuersi et. M. omnis. R. iudea. et. M.
omnis regio circa iordanem. et baptizabā
tur ab eo in iordane flumine. R. confiten-
tes. M. R. peccata sua. Videns. M. au-
tem multos phariseorum et saduceorum.
venientes ad baptismum suum/ et turbas
que exibant vt baptizarentur ab ip̄o. dixit
M. eis. Progenies genima. L. viperarū
M. L. quis ostendit. L. vobis fugere a
ventura ira? Facite ergo fructꝰ dignos pe-
nitētie. Et ne ceperitꝫ. L. velitꝫ. M. dicere
intra vos. Patrē habemꝰ abraā. Dico enī
vobis/ quoniam potēs est deus de lapidi-
bus istꝫ suscitare filios abrae. Jā enī securꝫ

Hic fuit ho-
mo missus a
deo cui no-
men erat io
hannes.